5658 tabella. Ceccani in domo privata ad pontem.

COCCEIA · L · L
APHRODISIA

Gamurrinius qui vidit dedit Henzeno.

5659 Ceccani.

D · M
SAENIAE · HEL
PIDI · LIBER
TAE · FIDELISSI
MAE · FECIT

Servavit acceptam ab Ioh. Becano Batavo Smetius ed. 46, 7 (a cod. abest) et apud Waelscapplium f. 29. Inde Grut. 953, 4.

5660. 5661 Ceccani apud Nicolaum Sindici.

5660 *ab una parte:*

ƆMYNO ET M
DVLCISSIM
SATVRNINO
XXVII M VII D
CERVNT ˈVLPI
ATIA CIA CO
TESTA

5661 *ab altera:*

M
· SABINIANO
IVM · MAZO
BENE
ERVNT

Garrucci n. 9. 10. Viderunt item Nissen et Zangemeister.

LXIX. FRVSINO (*Frosinone*). *Tribu Oufentina?*

Frŭsĭno (Φορούσινον Strabonis libri 5, 3, 9 p. 237, Φρούσινον Ptolemaeus 3, 1, 62) oppidum, cuius cives sunt Frusinates, ad fluvium Cosam (sic Strabo l. c.), Volscorum omnino (nam Hernicis opponit Frusinates Livius 10, 1) secundum Diodorum a Romanis a. u. c. 448 vi captum est et ager venumdatus (20, 80: Φρούσινα — sic libri — ἐκπολιορκήσαντες ἀπέδοντο τὴν χώραν), cum sic scribat Livius (10, 1) ad a. 451: *Frusinates tertia parte agri damnati, quod Hernicos ab eis sollicitatos compertum capitaque coniurationis eius quaestione ab cos. ex s. c. habita virgis caesi ac securi percussi.* Eatenus igitur auctores consentiunt, quod pars agri eo tempore Frusinatibus adempta est et a Romanis venumdata. Res publica mansit admissa fortasse ad civitatis ius dempto suffragio; certe Frusino deinde fuit praefectura (Fest. p. 233) prodigiaque inde nuntiata saepe Romae procurata sunt (Liv. 27, 37. 30, 2. 38. 31, 12. 32, 29. Obseq. 15. 20). Posteriore tempore colonia fuit (n. 5662) recta a II viris (n. 5663), censa, ni fallit titulus n. 5663 magistratus Frusinatis (in n. 5665 est Aniensis), in tribu Oufentina. Memoratur aliquoties (Cicero ad Att. 11, 4, 1. ep. 13, 4; Plinius 3, 5, 64; Silius 8, 400. 12, 532; Iuvenalis 3, 224) sita ad ipsam Latinam (v. supra p. 60), neque tamen quicquam inde refertur quod memorabile sit. Index coloniarum p. 233 *Frusinone* inquit, *oppidum: muro ducta: iter populo non debetur: ager eius veteranis est adsignatus.*

Frusinatium non habemus nisi paucos titulos relatos apud SMETIVM aliosque auctores, in his Iosephum DE MATTHAEIS Frusinatem, cuius extat tractatus *saggio storico sull' antichissima città di Frosinone* (Romae 1816. 8. pp. 110). Composuit inscriptiones eas Ios. MAROCCO (*monumenti dello stato pontificio* vol. 4 a. 1834 p. 97 99), sed utilia nulla addidit. A Ligorio quae collocantur Frusinone, falsae sunt omnes (n. 683*—689*), alienae autem et ex parte et ipsae falsae quae servabantur aliquando Frusinone in domo Bouchardiana (n. 691*—697*).

5662 Frusinone in villa Bompiani GALL.; *in oggi nell' entrone della casa Bompiani* MATTH., item, sed addens *collocata a sinistra sul muro,* MAROCCO. Extare negat GIORGIVS Ferentinas. — Ravennae errore NOV.

D M
Ñ · CLODI · N · F · PAL · PROCVLINI
DECVRIONI · COLONIAE · FRVSINATIVM
///////NOS · ANNOS · PROCVLINO · FATA · DEDERE
//RO QVIBVS · HOC · ILLI //CIT · VITA · PARENTVM
Ñ · CLODIVS · NYMPH*ic*VS · ET · VARGVNTEIA · M · F
PROCILLA · ET · Ñ · CL*o*DIVS · NVMERIANVS
FRATER · ET · SIBI · POSTERISQVE
SVORVM FECERVNT

Descriptam ab Io. Bapt. Donati Maurus Sarti Ravenna ad Lamium misit c. a. 1750 (epistul. Lam. bibl. Riccard. vol. 54; inde *Nov. Fior.* 1751 p. 54; Donat. 346, 7 ex his); Gallettius apud Marinium Vat. 9120 f. 296; Giovenazzi Vat. 9144 f. 111′ a Marinio. De Matthaeis p. 38 (inde omnino Marocco 4, 97) lapidem videtur vidisse magis quam descripsisse.

2 P/OCVLINI, 3 |ECVRIONI Don. — 4 fuit *bis senos* similiterve. — 5 PRO Gall. Matth. — ILLI/////CIT Gall., LLIK//CIT Giov., IL////CIT Don., ILLI *per*FECIT Matth. — 6 NYMPHEVS Gall., NIMPHIVS Matth. — 7 CL/DVS Don., CLODIVS Gall. Giov. Matth.

5663 Frusinone in S. Paulo sub altari SMET. — Sine loco POMP.

|MAGNEIVS · L · F · OVF · NIGER · II · VIR
|MAGNEIVS · L · F · RVFVS · F
|MAGNEIVS · L · F · OVF · SARDVS
q. |ALLIENVS · Q · L · CHRESIMVS
|MAGNEIA · IVCVNDA · TESTAMENTO
SVO · FIERI · IVSSIT

Pomponius Laetus apud Gammarum f. 58 n. 3; Smetius ms. Neap. p. 193 et apud Waelscapplium f. 29′ (inde Panvinius cod. Vat. 6036 f. 73, Rom. p. 528; Manutius orth. 1561 f. 6, ubi citat v. 4, orth. 1566 31, 2; Ligorius Taur. 8 et 17; Grut. 349, 7 ex Panvinii Roma et Smetianis Gutenstenii; Don. 5, 10 ex schedis Manut. bibl. Vatic., i. e. ex cod. 6036; Mur. 670, 6 ex Donio).

1. 2. 3. 5 |MAGNEIVS Smet. (ms. et Waelsc.), MAGNEIVS Pomp. — 2 fin. F Smet., V·F Pomp. — 4 ALLIENVS Pomp., \LLLIENVS Waelsc., \ALLIENVS Smet. (ms. Neap.).

5664 Frosinone in hortis Dominici Cicerone. — Ravennae errore NOV.

GRAVINVS · C · SERVIL|
AN*t*EROS · MELANTHVS|
HEREN*ni*VS · P · OPE*t*REIVS|
*h*I*l*A*r*VS · EVBVLVS|
SEX · VIRI · DE|

Descriptam ab Io. Bapt. Donati Maurus Sarti Ravenna c. a. 1750 Lamio misit (epistul. Lam. bibl. Riccard. vol. 54; inde *Nov. Fiorentine* 1751 p. 54; ex his Donat. 252, 7).

2 ANIEROS, 3 HERENVVS POPEIREIVS, 4 IIIIAPVS traduntur. Sex nomina ita videntur disposita fuisse, ut singuli ordines bina haberent.